

NvK an Pius II. Er beglaubigt seinen Gesandten Matthias (Bloemaert) und kündigt seine Rückkehr zur Kurie an. Da er Hz. Sigismund versprochen habe, sich für die Aufhebung der Kirchenstrafen einzusetzen, in die der Herzog und seine Gefolgsleute gefallen seien, bittet er den Papst, vorerst keine weiteren Maßnahmen gegen den Herzog zu ergreifen. Der Papst solle von einer Publikation der Kirchenstrafen absehen und den Herzog absolvieren, da ohnehin niemand die Zensuren beachte.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, StB, Cod. Cus. 221 p. 196 (= A¹); ebd., p. 362 (= B²).

Deutsche Übersetzung: Scharpff, Cardinal und Bischof I 314f.; Jäger, Streit II 19f.

Erw.: Scharpff, Cardinal und Bischof I 314; Jäger, Über die Geschichtsquellen 874; Jäger, Streit II 19, 24; Voigt, Enea Silvio III 360; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 389.

Beatissime pater et clementissime domine. Post pedum oscula beatorum. Audivit fortasse b. v. casum, que michi accidit in circumvallacione opidi et rocke³) opidi mei Brunecke. Et quia illustris princeps d. dux Sigismundus, dux Austrie, michi pacem dedit et ego eidem promisi me omnem operam apud b. v. daturum pro sublacione penarum et censurarum iuris scripti, premitto cappellanum meum Mathiam, latorem presencium, ad annunciandum b. v. me de proximo ad apostolicam sedem et pedes b. v. venturum et relacionem talem de hoc casu facturum et pace subsecuta, quod, ut spero, b. v. iudicabit esse pro ecclesia mea et eius atque mea tranquillitate, quod non solum pene iuris contra d. ducem et complices non publicentur, sed quod ab excommunicatione et aliis penis absolvantur. Tempus enim nunc sic postulat fieri, cum non sint, qui censuras curent. Supplico igitur, quanto affectuosius possum, omnem processum retardari, quousque audiar. Et si fulminati aliqui sunt, cessetur ab execucione. Hoc cedet michi ad honorem, quia, ut prescripsi, ego sic promisi et ipse d. dux promissis meis fidem adhibet. Et si non sentiret me impetrasse, notarer aut fidei fractor aut fallax, et ecclesia mea, que indiget restauracione, penitus in ultimam ruinam caderet. Et moveat b. v., quomodo ipse d. dux et sui dolent de casu et summe desiderant absolvi, que eciam eis iuste denegari non debet. Et melius est cicius quam tardius, antequam ex tempore tepescat affectus. Cum hiis recommitto me pedibus b. v., quam cupio sanam et incolumen reperire. Ex Brunecka die xxiii aprilis 1460.

E. s. v.

20

humilis servulus cardinalis sancti Petri

15 mea: fehlt A.

1) Über dem Text: Copia littere, quam dominus cardinalis de castro Bruneck premisit per dominum Mathiam. Gemeint ist Matthias Bloemaert, Familiar des NvK; s. AC II 7, 2102 s.11.

2) Über dem Text: Copia littere, quam d. cardinalis ex captivitate scripsit pape. Quam litteram dux et sui consilarii habuerunt per noctem et viderunt, antequam mitteretur, et eis placuit. Die Bemerkung über die herzogliche Genehmigung diente nicht nur zur Erklärung des herzogsfreundlichen Tons von Nr. 6178. Hierdurch wurde vor allem dokumentiert, dass der Herzog und seine Gefolgsleute bekannten, durch den Angriff auf NvK ipso facto in schwere Kirchenstrafen gefallen zu sein, was sie später bestritten. Vgl. auch Nr. 6183 Anm. 1.

3) Rocca, Burg; s. du Cange, Glossarium VII 201.